



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum sit à Deo mediantibus angelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

lex subintravit ut abundaret delictum, ut ly, vt, tenearur consecrari, non casualiter, in quantum. s. homines accipientes occasione a lege, abundantius peccaverit, tum quia gravius fuit peccatum post legis prohibitionem, tum etiam quia concupiscentia crevit. Magis enim concupiscentius, quod nobis prohibet.

AD TERTIUM dicendum, quod iugum legis servari non poterat sine gratia adiuante, quam lex non dabat. dicitur enim Rom. 9. Non est volentis neque currentis, sive & currere in preceptis Dei, sed misericordiam Dei, unde in Psal. 118. dicitur. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, scilicet per donum gratiae & charitatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex vetus fuerit a Deo.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod lex vetus non fuerit a Deo. Dicitur enim Deut. 32. Dei perfecta sunt opera: sed lex fuit imperfecta, ut supra dictum est. ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 2 Præ. Eccles. 3. dicitur. Didici quod omnia opera, quae fecit Deus, perseverent in aeternum: sed lex vetus non perseveravit in aeternum, dicit enim Apost. ad Hebr. 7. Reprobatio fit quidem praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 3 Præ. Ad sapientem legislatorem pertinet non solum mala auferre, sed etiam occasiones malorum: sed vetus lex fuit occasio peccati, ut supra dictum est. ergo ad Deum, cui nullus est similis in legislatore, ut dicitur Job. 36. non pertinebat legem talem dare.

¶ 4 Præ. Prima ad Timoth. 2. dicitur, quod Deus vult omnes homines salvos fieri: sed lex vetus non sufficiebat ad salutem hominum, ut supra dictum est. ergo ad Deum non pertinebat talem legem dare. lex ergo vetus non est a Deo.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Matth. 15. Loquens iudeis, quibus erat lex vetus data: Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras, & paulo ante praemittitur: Non ora patrem tuum & matrem tuam, quod manifeste in lege veteri continetur, ergo lex vetus est a Deo.

RESPON. Dicendum, quod lex vetus a bono Deo data est, qui est pater domini nostri Iesu Christi. Lex enim vetus homines ordinabat ad Christum dupliciter. Uno quidem modo testimonium Christo perhibendo: unde ipse dicit Luc. ult. Oportet impleri omnia, quae scripta sunt in lege & in Psalms, & in Prophetis de me. & Ioan. 3. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Alio modo per modum cuiusdam dispositionis, dum retrahens homines a cultu idolatriae, concludebat eos sub cultu unius Dei, a quo salvandum erat humanum genus per Christum, unde Apostolus dicit ad Gal. 3. Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat. Manifestum est autem, quod eiusdem est disponere ad finem, & ad finem perducere. & dico, eiusdem per se, vel per suos subditos. Non enim diabolus legem tulisset, per quam homines adducerentur ad Christum, per quem erat eiciendus, secundum illud Matth. 12. Si Satanas Satanam eicit, diuisum est regnum eius: & ideo ab eodem Deo, a quo facta est salus hominum per gratiam Christi, lex vetus data est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamen est

A perfectum finis tempus sicut dicitur aliquis puer perfectus non simpliciter, sed secundum temporis conditionem: ita etiam praeccepta quae pueris dantur, sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum, quibus dantur, etsi non sint perfecta simpliciter: & talia fuerunt praeccepta legis, unde Apostolus dicit ad Gal. 3. Lex paedagogus noster fuit in Christo.

AD SECUNDUM dicendum, quod opera Dei perseverant in aeternum, quae sic Deus fecit, ut in aeternum perseverent: & haec sunt ea quae sunt perfecta. Lex autem vetus reprobatur tempore perfectionis gratiae, non tanquam mala, sed tanquam infirma & inutilis pro isto tempore: quia, ut subdit, Nihil ad perfectum adduxit lex, unde ad Gal. 3. dicit Apostolus, Vbi venit fides, iam non sumus sub paedagogo.

B AD TERTIUM dicendum, quod sicut supra dictum est, Deus aliquando permittit aliquos cadere in peccatum, ut exinde humilientur: ita etiam voluit talem legem dare, quam suis viribus homines implere non possent: ut sic dum homines praesumentes de se, peccatores se inuenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratiae.

AD QUARTUM dicendum, quod quamuis lex vetus non sufficeret ad salvandum homines: tamen ad alium auxilium a Deo hominibus simul cum lege, per quod saluari poterant, s. fides Mediatoris, per quam iustificati sunt antiqui patres, sicut etiam nos iustificamur: & sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex vetus fuerit data per angelos.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod lex vetus non fuerit data per angelos, sed immediate a Deo. Angelus enim nuntius dicitur, & sic nomen angeli ministerium importat, non dominum, secundum illud Ps. 102. Benedicite domino omnes angeli eius, ministri eius: sed vetus lex a domino tradita esse perhibetur, dicitur enim Exo. 20. Locutusque est Dominus sermones hos. & postea subditur. Ego enim sum dominus Deus tuus. & idem modus loquendi frequenter reperitur in Exo. & in libris consentientibus legem. ergo lex est immediate data a Deo.

¶ 2 Præ. Sicut dicitur Io. 1. Lex per Moysen data est: sed Moyses immediate accepit a Deo, dicitur enim Exod. 33. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum. ergo lex vetus immediate data est a Deo.

¶ 3 Præ. Ad solum principem pertinet legem ferre, ut supra dictum est: sed solum Deus est princeps salutis animarum: angeli vero sunt ministratores spiritus, ut dicitur ad Hebr. 1. ergo lex vetus per angelos dari non debuit, cum ordinaretur ad animarum salutem.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex data est per angelos in manu Mediatoris, & Prima Secunda S. Tho. DD 4 Actuum

¶ Super Questionis nonagesima octavae, Articulum tertium.

IN quaestio. 98. primis tribus articulis nihil aliud scribendum occurrit, nisi ut caute intelligas dicta in responsione ad secundum tertij articuli. possunt siquidem dupliciter intelligi. Primo, ut negent Moysen vidisse divinam essentiam. Secundo, ut negent Moysen vidisse divinam essentiam in illa visione, qua loquebatur facie ad faciem. Iste secundus sensus est intentus ab auctore, & non primus, ut inferius in Secunda Secunda, quaestio. 174. aperitur, ubi ex hoc quod Moyses palam, & non per aenigmata Deum vidisse dicitur Numeri 12. concluditur, interueniente August. ipsum vidisse Deum per essentiam: cum quo tamen stat, quod legem per angelos accepit in aliis visionibus, ut hic dicitur ex auctoritate sacrae scripture.

q. 99. ar. 4.

Infar. 6. Arg. pro veri. & Isa. 7. & Gal. 3. l. 7. & eod. 2. l. 4. & Hebr. 1. & 2. fin. & ca. 8.

q. 90. ar. 3.

Actum 7. dicit Stephanus: Accepistis legem in dispositione angelorum.

RESPON. Dicendum, q lex data est a Deo per angelos. & preter ratione generalē, quā Dion. assignat in 4. ca. cal. hier. * q diuina debent deferri ad homines mediantibus angelis, specialis ratio est, quare legem veterē per angelos dari oportuit. Dicitū est. n. * q lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutē perfectā generis humani, quæ futura erat p Christum. Sic autē videtur in omnibus potestatis, & artibus ordinatis, q ille qui est superior, principalē & perfectum actum operatur per se ipsum: ea vero quæ disponunt ad perfectionem vltimam, operatur per suos ministros. Sicut nauifactor compaginat nauem per seipsum, sed preparat materiā per artifices subministrantes. & ideo conueniens fuit, vt lex perfecta noui testamenti daretur immediate p ipsum Deum hominem factum: lex autē vetus p ministros Dei, scilicet per angelos daretur hominibus. Et per hunc modum Apostol. 1. ad Heb. probat eminentiam nouæ legis ad ueterem: quia in nouo testamento locutus est nobis Deus in filio suo: in ueteri autem testamento est sermo factus per angelos.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Gre. dicit * in principio moralium, Angelus qui Moyſi apparuisse describitur, mō angelus modo dñs memoratur, angelus uidelicet pp hoc, q exterius loquendo seruiebat: dominus autem dñs, quia interius præfides loquendi efficaciam ministrabat. & inde est etiam, q quasi ex persona domini angelus loquebatur.

AD SECUNDVM dicendum, q sicut Aug. dicit 12. super Gen. ad literam. In Exo. dicitur: Locutus est dñs Moyſi facie ad faciem. & paulo post subditur: Ostende mihi gloriam tuam. Sentiebat ergo quid videbat, & quod non videbat, desiderabat. nō ergo videbat d ipsam Dei essentiā, & ita nō immediate ab eo instruebatur. Quod ergo dñs, q loquebatur ei facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putabat Moyſen ore ad os loqui cum Deo, cum per subiectam creaturā, i. per angelum & nubem ei loqueretur & appareret. Vel per visionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio & familiaris infra essentiæ diuinæ visionē.

AD TERTIVM dicendum, q solius principis est sua autoritate legem instituire, sed quandoq; legem institutā per alios promulgat: & ita De⁹ sua autoritate instituit legē, sed per angelos promulgauit.

Super Quæstio. 98. Articulus quartus. ARTICVLV III.

Utrum lex uetus dari debuerit soli populo Iudeorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, q lex vetus non debuit dari soli populo Iudeorū. Lex enim uetus disponebat ad salutem, quæ futura erat p Christum, ut dictum est: sed salus illa non erat futura solum in Iudeis, sed in omnibus gentibus, secundum illud Isai. 49. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas: dedi te in lucem extremum terræ: ergo lex vetus dari debuit omnibus gentibus, & non uni populo tantum.

¶ 2 Præ. Sicut dicitur Act. 10. Nō est permissus acceptor Deus: sed in omni gēte qui timet Deum facit iustitiam, acceptus est illi. non ergo magis populo, quā aliis viam salutis debuit aperire. ¶ 3 Præ. Lex data est per angelos, sicut iā dictum est: sed ministeria angelorum Deus non solum iudeis, sed omnibus gentibus semper exhibuit. dicitur Eccl. 17. In unāquamq; gentem præposuit rectos: omnibus etiam gētibus temporalia bona largitus: quæ minus sunt curæ Deo, quā spiritalia bona. ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.

SED CONTRA est, qd dicitur Ro. 3. Quid ergo amplius iudæo? multum quidem per omnem mundum primum quidē, quia credita fuit illi obsequium Dei. & in Psalm. 149. dicitur. Non fecit taliter nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

RESPON. Dicēdū, quod d postea una ratio assignari, quare potius populo iudæorū data sit lex, quā aliis populis: quia aliis populis ad idolatriā deturbatis, solus populus iudæorum in cultu uetus remansit, & ideo alij populi indigni erant legē percipere, ne sanctum canibus daretur. Sed ita rationiens non uis: quia populus ille etiam post legem tam ad idolatriā declinauit, quod grauius fuerat Exod. 33. & Amos 5. Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis domus rael, & portastis tabernaculum Moloch Dei vestri imaginem idolorū uestrorū, sydus Dei uisus uobis? Expresse ē dñs Deut. 9. scito, q non iustitias tuas dñs Deus tuus dedit tibi terram in possessionem, cum durissima ceruicis dispartus. sed ratio ibi præmittitur, vt cōpleret uerbum Dñs, quod sub iuramento pollicitus est patribus Abraham, Isaac, & Iacob. Quæ autē promissio eis sit facta, ostendit Apostol. ad Gal. 3. dicitur: hæc dicte sunt p omissiones, & semini eius, non seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno dñi tuo, qui est Christus. Deus igitur & legem, & beneficia specialia illi populo exhibuit, p promissionem eorum patribus factā, ut ex eis Christus nasceretur. Dicebat enim, ut ille populus, & Christus nasciturus erat, quædam specialia sanatione polleret, sicut illud quod dicitur Leu. 19. dicitis: quia ego sanctus sum. Nec est fuit ppter meritum ipsius Abraham, vt talis promissio ei fieret: scilicet Christus ex eius semine nasceretur: sed ex gratuita Dei electione & uocatione. unde dicitur Qui suscitauit ab Oriente iustum, uocauit eum sequeretur se. Sic ergo patet, q ex sola gratuita electione patres promissionem acceperunt, & populus ex eis progenitus legē accepit, sicut illud Deut. 10. distis uerba illius de medio ignis, qa dilexit patrem, & elegit semē eorū post illos. Si autem rursum nateretur, & nō alium: cōueniet respondo, qd non trahat, noli uelle diiudicare, si non uis esse quam dicit super Ioan. Quare hunc trahat, & nō alium: cōueniet respondo, qd non trahat, noli uelle diiudicare, si non uis esse quam dicit super Ioan.

AD PRIMVM ergo dicendum, q quædam futura per Christum, esset oibus gentibus promissa: tamen oportebat ex uno populo Christum nasci, qui pp hoc præ alijs prærogatiuas habuit, sicut Rom. 9. Quorum, scilicet iudæorum, est adoptio filiorum Dei, & testamentum, & legislatio, quæ patres, ex quibus Christus est secundum carnem genuit.

AD SECUNDVM dicendum, q acceptio promissionis locum habet in his, quæ ex debito dantur: non vero quæ ex gratuita uolūate conferuntur.

Cap. 4. ante medium. Art. 1. hui⁹ q.

In præfat in Iob. c. 1. ante med.

Cap. 27. pau lo post prin. tom. 1.

D. 10.

In far. 5. cor. & 3. di. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

Art. præ. c.